IOANNIS BAPTISTAE EGNATII VENETI ORATIO HABITA IN FVNERE CLARISSIMI IMPE. NICOLAI VRSINI NOLAE PETILIANI QVE PRINCIPIS.

Ioānes Baptiſta Egnatius Venet. Sereniſſimo Venetiarū Principi Leonardo Lauretano. S.P.D.

Nec licuit mihi, nec ſi licuiſſet, debui Prin. Sereniſ. quod in aliis multis huius generis actionibus uſurparā, ne uidelicet eas ederē, Hoc idē in Impe. ueſtri clariſſimi cōmēdatiōe te iiūgēte ſuſcepta pſtare. In aliis.n.oībus facile mihi, uel excuſatiōi, uel depcationi relinqbat' locus. cū ſemel & amicoꝝ gratiæ, & defunctorū memoriæ ſatiſfeciſſe recitatiōe uideri poſſē. Hāc uero tā facile ſupprimere iā poterā, q̄ facile cū tu hoc īponeres oneris, īpoſitū nō ſuſcepiſſe. Quid.n. huic actiōi cū aliis ppriū? pfuiſti tu ducēdo funeri. Interfuit grauiſſimus ſenatus. Tota ciuitas, oēs ordines deduxere. Hūc lachrymis, Hūc īcredibili oēs pietate, hūc manibus ppe noſtris cōdidimus. Certauit ipa ſecū hæc ciuitas ut q̄ ī optime de ſe meritos gratiſſima ſemp extitit, In huiꝰ funere decorādo oē ſtudiū, oēm pietatē effunderet. Nā q̄lis ille uir fuerit, qualis reip. ueſtræ ppugnator, nec epiſtola hæc capit, utinā orōne id ſim aſſecutꝰ. Et mehercle nec ciuitati hoc plane uotis expoſcēti deeſſe potui. Leges igit' tu ipſe, legēt, qn̄ hoc optarūt ciues tui. Leget uniuerſus iā orbis, ut cuius res geſtæ īmortalitate dignæ ſunt ſemp habitæ, per me quod præſtare poſſim, æternum uiuant, Vale.

IOANNIS BAPTISTAE EGNATII VENETI ORATIO HABITA IN FVNERE CLARISSIMI IMPE. NICOLAI VRSINI NOLAE PETILIANIQVE PRINCIPIS.

CVm mihi ſæpe Patauinæ recẽtis oppugnationis recordatio ſubiret, omnium noſtra, & patrum noſtrorum memoria maxime formidabilis, uel hoſtium numero, uel bellaciſſimarum gentium ferocia, uel Imperatoris præſtantiſſimi præſentia, Cumq; eam urbem ſingulari ueſtra ac prope diuina prudentia, præcipue uero clariſſimi Nicolai Petilianii ducis opera, ſtudio, fideq; ſeruatã crederẽ, ſperabã facile ita euenire poſſe, ut reliqua tanti imperatoris auſpiciis et ductu, feliciſſime uobis, atq; ex animi ueſtri ſentẽtia cederent. Sed & Vicentia ſub hoſtiũ pene oculis dedita, oppidaq; reliq̃ua partim ui, partim deditione recepta, nos in eam ſpem erexerãt, ut nihil tam difficile, tam arduum foret, quod non ille ſumma uirtute & felicitate conficeret. Felices quoq; rerum in agro Veronenſi ſucceſſus hoſte toties uel fugato uel cæſo, Veronaq; urbs ꝑpe iuſta obſidiõe cincta, facile animos dabant, ut recepto ueteri ĩperio atq; etiã in maius au-

cto,meritus iuſtiſſimuſq; triũphus pro tot labori-
bus,tãtiſq; uigiliis reuertenti tanta cum gloria du-
ci pararetur. Nec certe ſpes inanes noſtræ caſſæq;
fuiſſent,niſi mors,quæ ſemper egregiis nominibus
inuidere ſolet,eas nobis ĩtercidiſſet. Nam per Deũ
Immortalẽ, quid eſſe iã poterat, aut tã ĩacceſſum,
aut tã opere naturaq; munitũ quod præſtãtiſſimi,
ducis uirtus egregia,& fortiſſimi exercitus ueſtri in
duſtria, ſeruata ſemel Patauio nõ penetraret? Aut
qui nã hoſtis militibus ueſtris obſtitiſſet,cũ præſi
dia omnia aut territus deſeruerit,aut tandem intra
una mœnia clauſus exire non auſit? Quod ſi tenta
re fame quandoq; coactus eſt,magnis ſemper incõ
modis a uobis affectus, adeo trepidus ſe recepit,ut
militũ ueſtrorũ primos impetus nũq̃ tulerit.Quod
igit̃ formidabiles hoſtiũ apparatus, Quod ferociſ
ſimarũ gẽtiũ colluuies,Quod ĩperatoris præſtãtiſ-
ſimi præſentia nobis adimere aut extorquere nõ po
tuit, Mors una tãdẽ abſtulit,& e medio uictoriaꝝ
curſu clariſſimũ ducẽ deiecit. O importunã plane
mortẽ,O calamitatẽ nõ iſtis tantũ litoribus & un-
dis,ſed uniuerſæ plane Italiæ luctuoſã,O ſpes fal-
laciſſimas noſtras.Te ne ego iacentẽ in pheretro cõ
ſpicio,funereis ueſtibus uelatũ,quẽ triũphantẽ pau
lopoſt urbẽ ſubiturũ animo conceperã? Te ne exan
guem exanimẽq; intuemur,cuius antea uultu tota

hæc

hæc ciuitas lætabaťſ quantum ille gaudii moriens hoſtibus attulitſ quãtũ nobis de ſe deſiderii reliqtſ cũ in ipa muneris ſui meditatiõe, difficillimis hiſce tpibus, tanta iperatorũ raritate deceſſerit. Nã ſi ea i terra Italia uirorũ fortiũ indoles & copia foret, q̃ cẽteſimũ ab hinc annũ florebat, ut in deligẽdo Impetratore difficilẽ uobis conſultationẽ faceret, dolendũ certe erat, uel ueſtro, uel totius Italiæ dãno. Cõplures, maiores ueſtri, ex quo continẽti manus admouere, Duces experti ſunt. Multoꝝ opera uos ipſi & ſociali ferrariẽſi bello, & his ꝓximis ãnis uſi eſtis. in multis ſane multa, In omnibus pene fidẽ & conſtãtiã deſiderare potuiſtis. In hoc uel hoſtium iudicio fidẽ ſemp integerrimã ꝓbaſtis, & cõſtãtiã admirati eſtis. quippe q ſupremo ſpiritu, de uobis de ĩperii ueſtri dignitate ac ſplẽdore, de exercitus incolumitate cogitauit. Quæ uero ille ab hoſtibus oblata, ꝑmia nõ cõtẽpſitſ Quãtũ ille ꝑncipatũ amiſit. quãtã deniq; rei familiaris reliquæ iacturã adiitſ Vt ſalutẽ dignitatẽq; ueſtrã & tuereť, & augereť. Dicam Prĩceps sereniſſime libere quod ſẽtio, Dicã ĩgenue. Dicã te ipſo (credo) nõ ĩprobãte. Nõ uobis unq̃ uires, nõ milites, nõ ad hos alẽdos ornãdoſq; opes, nõ animi magnitudo, nõ cõſilium, nõ cõſtãtia defuit. Quæ oĩa ſi cui unq̃ populo uel principi, huic certe ciuitati ampliſſima cumulatiſſimaq; ſũt. Fides mi

litũ & ĩperatorũ uobis defuit. An nõ philippẽſi bel
lo, quod grauiſſimũ. periculoſiſſimũq; p tot annos
terra mariq; maiores ueſtri geſſere, ſenſimus, Quan
tũ ĩperatorũ quorũdã pfidia reip. ueſtræ dãni attu
lerit? Quãtũ militũ ſiue ſocordia ſiue negligẽtia uo
bis obfuerit? Quid ferrarienſi bello, quid aliis eue-
niſſe dicã? utinã nõ hoc quoq; Gallico expti eſſetis
quãtũ qbuſdã ĩ acie credẽdũ foret. Tãta igit fides
cũ in hoc uno ĩperatore ueſtro fuerit, quãtã neſcio
an in aliis omnibus tot retro ætatibus ĩuenias, an nõ
hui⁹ ducis amiſſiõe dolẽdũ ẽ? Ego uero ſic crucior
& angor, Ita dolore animi cõficior, ut q boni ciuis
in patriã amor & pietas eſſe debet, Nõ inueniã quo
pacto aut a lachrymis tẽperẽ, aut dolori, q aſſidua
cogitatiõe prũpit, obſiſtã. Accedit ad hãc doloris
mei magnitudinẽ, qđ tã excellẽtis Imperatoris lau
des æquare dicẽdo me nõ poſſe uideã. & qđ unũ ui
ta functis eẽ ſolatiũ põt, poſt ea q̃ chriſtiana pietas
ſanxit, ex officio & affectu præſtare ſatis nequeam.
cũ excellentiſſima uiri uirtus non mõ meã, q̃ ſane p
exigua eſt, uim, ſed Clariſſimi cuiuſq; oratoris inge
nia fatigare atq; exercere ualeat. Verum qñ tu Prin
ceps Sereniſſime nobis hoc muneris iniũxiſti, cuius
ego imperiũ æque ac numinis cuiuſdã obſeruo, qñ
ciuitas hæc uniuerſa ſedibus prope ſuis excita uide
ri poſſit ad audiendũ, ut nulla unq̃ concio, tã fre-
quens

quens, tã Celebris, tam officioſa co̅uenerit, Dicam de tanti imperatoris laudibus. Dicãq; non ſolum breuiter, ſed illuſtriſſima quæq; perſtringam. ſimul ut defuncti manibus pro te̅poris hac anguſtia ſa/tiſfaciã. ſimul etiam ut mærorem ciuitatis tantæ co̅memoratione uirtutis, quod ad me attinet, immi/nuam. Grata enim hiſce in locis clarorũ uirorum laudatio eſſe ſolet, atq; ad leuandum doloris ſen/ſum no̅ parũ acco̅modata. Te igit̃ Pri̅ceps Sereniſ ſime ĩ cuius ego mãſuetudine ſpe̅ oe̅m repoſui meã Vos grauiſſimi patres oro obteſtorq;, acco̅modate aures ueſtras his laudibus, quas de uita, de Ingenio de Virtute, de p̃ſtãtia tãti Ducis dicturi ſumus.

Multi in terra Italia Imperatores ex quo militaris res italicis opibus & milite ſtare cæpit, ſupra ce̅teſi/mum ab hinc annum Alberici Cunii Pri̅cipis au/ſpiciis floruere. Sed hi omnes magna ex parta adeo obſcuris parentibus orti, ut eorum pleroſq; ab ara tro militiæ ad ſcriptos conſtet. qui ut uirtute̅ ſuam rerum geſtarũ claritudine probare his principibus poterant, quorum merebant ſtipendia, Sic originis eos non plane pudere non poterat. ueſter uero Im/perator Vrſinorum Imperatoria familia longe in terris clariſſima natus non maiorum tantum ſuo/rũ laudes & egregie facta, (quod incredibile multis uideri poſſit,) æquauit, ſed tãto poſt ſe reliqt quãto

Vrſini duces militari gloria reliquos oẽs antecellũt. Cuius familiæ ſtemma, uel uetuſtate gẽtis, uel rerũ geſtarũ claritate, uel principũ uirorꝫ nobilitate tam illuſtre ẽ, ut a Mauritio Impe. Pelagioq; Pont. ii. ſupra milleſimũ & amplius annũ illuſtria gẽtis Vrſinæ monumenta repetantur. quod urbs Roma non tã libẽs Vrſini Primieniq; fratrũ uirtute a Lãgobardis obſidiõe liberata teſtat̃, q̃ grata donatis publice ædibus, uirtutiſq; cõceſſis inſigniis, poſteritati trãſmittendum curauit. Nec multo poſt ab his Conſtãtinus Raymũduſq; fratres & ipi egregiã felicẽq; operã Carolo Magno ĩ liberãda a Lãgobardica ſeruitute Italia nauarũt. Sed & Petilius natu minimus unde Petilianũ gẽtilitiũ oppidũ, tantas res geſſit, ut ætas nulla tãtarũ rerũ memoriã abolere poſſit. Hos ſecuti ducẽteſimo ab his ãno, ex Vmbria, unde horũ maiores tãto ante uenerãt, lõge nobilior manus. qui Romanã urbẽ a ſe ſeruatã alteram ꝑpetuãq; patriã ſibi fecere. Quorꝫ poſtea nepotes lõga cõtinuataq; ſerie ueluti fertiliore ſolo plantæ mirũ ĩmodũ ad noſtra uſq; tẽpora ꝓpagati ſunt. Vt nõ grauato his accedã, q pro cõſtãti affirmẽt, Vrſeolis hinc eiectis, (incidit.n. in hos ferme annos expulſio familiæ lõge nobiliſſimæ qnq; Ducibus, & rerũ geſtarũ claritudine) urſeolos ĩquã noſtros ĩ Vmbriã, unde multo ãte uenerãt, rediiſſe, Sicq; Vrſinæ familiæ,

hac

hac tanta uirorũ acceſſione facta, maius in poſterũ decus nobilitatis q̃ſitũ. Vnde poſtea Nicolaus tertius Põti. Max. ob morũ elegãtiã Cõpoſitus cognomẽto dictus. unde ſup̃mi ordinis ãtiſtites ĩnumeri, unde felix illa & numeroſa ducũ ſoboles. hinc Raynaldi Duo, alter Florẽtinorũ deſtinato iã Imperio celebris. Alter plũbinenſi obſidione clarus. Ex hoc Imperatorum fonte ac ſeminario Roſcius Anguillarius Carolo Neapolitano regi prĩo gratus ob uirtutẽ acceptuſq; fuit. Hic Vrſus Romanæ urbis Cõſul. hic Petrus Ioãnes Paulus q Picininũ ad Anglare Hetruriæ oppidũ fudit. hinc Raymũdus baltianæ regiæ familiæ inſertus. Hinc deniq; Paulus, q Ladiſlauũ potẽtiſſimũ regẽ, & libertati Romanæ ac Põtificũ ĩminẽtẽ magnis cinctũ copiis fudit fugauitq;. Pretereo Grauinæ p̃ncipẽ, q p̃mus Vrſinæ familiæ ſtipẽdia uſa meruit, Omitto Virginiũ clariſſimũ ſuæ ætatis ducẽ, milleq; alios, quos aut uos ip̃i uidere, aut fãdo accipere potuiſtis. q oẽs priſcis illis Ro. ĩperatoribus æquari poterant. Sed qd ago? aut quo nã oratõis ĩpetu p̃uectus flores hominu & nuda tãtũ noĩa p̃ſtringo? q̃ſi neſciã q̃ta eoꝝ manes afficiant iniuria, cũ citra maiorẽ aliquã ſuã laudẽ a me referãt. Verũ dabũt illi ueniã nobis aliud agẽtibus. Hac igit̃ tãta uiroꝝ nobilitate natus ĩperator ueſter, ſi nihil aliud in laudibus habeat, qs non illũ

ſummopere

ſūmopere admirādū, extollēdūq; cenſeat? Neq;.n.
parui refert, qbus qſq; parētibus natus, qbuſue ma
ioribus ortus ſit. At q hāc uel p̃cipuā nobilitatis ptē
ſi mō Virtus adſit, pleriq; oēs exiſtimare ſolēt. Nec
ſane hominū, & terræ arborūq; ī ea ſatarū ē eadē rō.
Sæpe nāq; ita euenire uideas, ut terra q̃uis ipſa p ſe
īfæcūda & ſterilis, arte cœloq; iuuāte lætā oīno meſ
ſem ferat. ipſa cōtra fertilis & ferax, ſi qñ alia defue
re, uel nullū, uel p exiguū fructū reddat. In nobis āt
longe diuerſa rō. boni nāq; ſemp ex bonis, & fortes
creāt ex fortibus. nec bene formatū īgeniū fortunæ
unq̃ uis unq̃ ulla deprauauit. In quo & q genuere &
q educauere, magna ſæpe momēta ī utrāq; ptē ſibi
uēdicēt. Vt nūq̃ ferme bñ quēpiā natū riteq; educa
tū īuenias, q a maiorū uirtute ſuo℞ degeneret. Quo
fit ut āpla oīo laus & p īſignis eo℞ exiſtimari d̃beat,
qbus claris ortos ē natalibus cōtigit. unde & recte
eo℞ dictis factiſq; gloria ſæpe maior, memoriaq;
diuturnior ad poſteros pduret. Quare ſi ueteres illi
græci magnæ laudis loco fæmīæ tribuere, quod pa
trē, ꝗ fratrē, qđ filiū reges aſſecuta eēt, quāta huius
laus eē debebit, q tot īperatores, tot uenetos Duces,
tot Pōtificū īfulas p̃ferat? Quid uero de huius pa
tria dicā? An Romā ubi ortus, An urbē hāc orbis
Reginā, unde illi origo, cōmemorē? An potius ſi
leā? Silebo certe, & tāto oneri. Tātæq; laudatiōis pti

ſuccūbā

ſuccũbã. Attẽde pnceps Sereniſſime attẽdite patres grauiſſimi, quo anĩo ad tanti ĩpe. laudationẽ uobis iniũgẽtibus acceſſerim, q urbẽ alterã gẽtiũ olim omniũ uictricẽ & nũc chriſtianæ pietatis caput, alterã ueteri illi plane æmulã ĩ hoc albo nõ reponã. Venio igitᷣ ad hũc ĩpm. q uix bene pueriles annos egreſſus, equitãdo, ſagittãdo, cũ eqͥbus certãdo, oẽs uincẽdo, reliqſq; militiæ pludiis aſueſcẽdo iã cũ magnæ ſpei puer ĩ Iacobi Picinnini caſtris, quãti Bone Deus ĩperatoris, q̃ acris q̃ periti, q̃ felicis, quãtæ deniq; apud ſuæ ætatis hoĩes auctoritatis pma ſtipẽdia fecit. Hũc ſibi armigerũ ĩ itinere, hũc ĩ acie, hũc ĩ tabernaculo delegerat. Manſitq; eatenꝰ cũ illo q̃tenus aut hoſtiũ ĩſidiæ, aut ſua clariſſimũ ducẽ fata ad ĩteritũ traxere. & iã ille pdẽ ſub eo ſpecimẽ uirtutis egregiũ pbuerat. Vñ illi nomẽ nõ apud ſuos tm̃, ſed ẽt apud hoſtes celebre ptũ. cũ Sarnẽſi pmũ acie, deĩde Troiana, ĩter pmos bellatores cõſpicuus affuerit. De quo tũc Picinninus audiẽtibus multis pdicare ſolebat, fore ut ĩ clariſſimũ ĩpe. euaderet. Nihil amplio, nihil exorno. nõ q̃tũ Picĩnino credẽdũ, q̃ graue tãti ĩpe. & ueſtræ R eip. cõiũctiſſimi teſtimoniũ eẽ debeat, exq ro. Ab hiſce tirociniis (qppe cũ uirtus ĩ obſcuro diu iacere nõ poſſit,) nõ cõtẽta regni neapolitani finibꝰ fama ppetuuſq; laudis curſus, ĩ Hetruriã uſq; trãſierat, unde Senẽſes illũ iuuenẽ adhuc, (uix. n. quartum & uigeſimũ ætatis annum attigerat) ſummæ

rei

rei ꝑficiũt,expectatis uideo ſubnectã quãta ſit ur/
bis huius grauitas, quod cõſiliũ, quanta nobilitas.
Addidiſſem id certe libẽs niſi ea p uos ipi ſciretis &
hæc tẽporis anguſtia longiorẽ orationẽ nõ pateret.
Nec certe ĩobſcuro eſſe põt,quãta felicitate Senẽſi
libertati maiorẽ Alphõſum iminentẽ repulerit. Et
uocat alioqui nos maior rerũ ordo,grauiorq; ſeries,
cũ uidelicet Senẽſi Imperio emeritũ req; illoꝝ tran/
quillata, Florẽtini copiis illũ ſuis omnibus ꝑfecere.
At quo tẽpore? cum Alphõſus grauis per ſe hoſtis
hinc,inde Genuenſes potẽs & ipſa res.p. ad Floren
tinorum perniciem aſpiraret. Quem hic rerum exi
tum,quem ue euentum expectatis alium? non mo
do utrobiq; fuſus fugatuſq; hoſtis eſt,ſed eius po/
puli Imperiũ late Serzane & Petra ſãcta aliiſq; op/
pidis expugnatis ampliatum. quibus rebus ad/
eo Florentinæ reipub. gratus acceptuſq; fuit, ut
quod ea Reſpu.uſurpare nunquam ſoleat,ſeptem
& decem annos cum Imperio copiis eorum præ/
fuerit.In quo mihi Ioãnis Haucutii ducis ſua tẽpe
ſtate celeberrimi memoriã renouare uiſus ẽ.quẽ illa
ciuitas ueſtro exẽplo in bene meritos gratiſſima re/
bus ſuis fidiſſimũ ſemp ĩuẽtũ ĩ magno poſt modũ
honore habuit.Mortuũq; & publico monumẽto &
eqſtri ſtatua donauit. Sed ueſtri ducis maior oĩno
laus,quanto.ſ.florẽtina res maior & ãplior,tũc tpis

erat

erat, q̃ ſub Haucutio fuiſſet. et quod Haucutius te nues eius gentis opes ſolũ conſeruauit. Hic amplas & ornauit, & auxit. Illi cũ uno tantũ aduerſario, uel ĩ Hetruria, uel in ciſalpina Gallia gerẽda res fuit. Pe tilianius regem, potentẽq; remp. florẽtini nominis acerrimũ utrũq; hoſtẽ, non ſolũ repreſſit, uerũ etiã feliciter uicit. Haucutius iã ſenex eius populi impe riũ eſt adeptus. hic noſter, his annis imperator crea tus ẽ quibus alii boni militis nomẽ aſſequi uix poſ ſunt. Ille flagrante bellis Hetruria neceſſario perpe tuus imperator fuiſſe, hic pacatiſſimo rerũ ſtatu, & in ſummo ocio, uirtutis tãtũ admiratiõe p̃fuiſſe ui deri poteſt. Præfuiſſetq; diuturnius, niſi illũ ponti/ficiæ res circa urbẽ Sixto pon. ab Alphõſo iuniore pene acciſæ reuocaſſent, & ad põtificiũ decus tuẽ dũ, quod huius ſemp maiores, & hic uelut hæredi tarium ab his acceptum ornauit, & ad patriæ ſalu tem cõtra potentiſſimum regẽ conſeruandã. Sub cuius acceſſũ adeo Roma reſpirare cœpit, ut non multo poſt Roberti Malateſtæ aduẽtũ, (uenerat is a uobis põtifici ſuppetias laturus) hoſtis in pacatũ abierit. Tum iniecto certamine fractus nobili illa pugna, pene etiã captus ſit. Hic mihi Prĩceps Sere/niſſime tẽperare non poſſum, cũ. ſ. clariſſimus im/perator Robertus uni Petilianio tam inſignẽ partã uictoriã acceptã ferret. Aſſecutus fuerat malateſta

fugato

fugato rege ōmniū clariſſimo uictoriā ampliſſimā.
Magnum eius tota Italia nomen eſſe. Nullum cele
brius facinus ꝑdicari.fatebat̃ tñ ille Petilianiū non
modo uictoriæ participē ſed plane auctorē. Huius
ductu pulſum exercitū regiū. Hui⁹ cōſilio foſſam
quæ interiacebat, ſuperatā.Huius deniq; uirtute &
fortitudine perterritū regē fugæ ſe perpetuæ dediſ-
ſe.Quod ille(credo)nō tā libēter ꝓ eius animi ma-
gnitudine referebat, q̄ poſteris ampliorē de hoc du
ce cogitādi & optime ſperādi locū relinq̄re uoluit.
Nā ſi teſtis grauitatē attēdas, qd Roberto illo gra-
uius? Si ueritatē,qd aptius? ſi rei magnitudinē, qd
amplius optare debemus? Pecuniā, rē domeſticam
ueſtes, multi multis donare poſſunt, Qui honorē
& gloriā cōtēnere, q ue cū aliis partā ſibi laudē & ꝓ-
priā cōmunicare uelint, quē inuenias? tantū igit̃ il-
li Robertus īpertire laudis uoluit, q̄tū neq; ambitio
ſus imperator, neq; inuidus tribuere alteri in cōmu
nicāda gloria debuit.& alioq nemo alterius unq̄ lau
di inuidet, q ſuæ confidit. Meruit poſtea ſub Sixto
cum imperio. Meruit ſub Innocentio. Cui bello
Neapolitano eā nauauit operā, ut cōpoſitis pōtifi-
ciis rebus pacē a rege, cuius auidiſſim⁹ pōtifex erat,
extorſerit. Sequit̃ nūc ætas gallico priore tumultu
uniuerſæ Italiæ calamitoſiſſima & plane funeſtiſ-
ſima. Cū Carolus Gallorꝝ rex octauus hoc noīe re-
gnum

gnũ neapolitanum hæreditario iure ad ſe traheret Quod ut p̃mũ Arragõiis regibus ſignificatũ, ꝑ magno negocio habuere, uirũ p ea tpa & auctoritate, & ſcientia rei militaris clariſſimũ, magnis etiã ꝓpoſitis p̃miis, maiore ſpe, ſuaꝗ partiũ facere. Nec deerat ex altera parte Corolus rex. Prædicabat ueterẽ Vrſinæ gẽtis cũ maioribus ſuis milleſimũ ab hinc annũ neceſſitudinẽ. Nihil eſſe ĩ Italia ab his geſtũ. quod Vrſinorũ ĩduſtria ſingulari & uirtute cæptũ feliciterq; cõfectũ nõ ſit. Debere illũ nõ tã Auiti patriiq; ĩperii hæredẽ eſſe, q̃ relictas a maioribus ueluti ꝑ manus amicitias & ornare & tueri. Nã tanta a ſe præmia expectari poſſe, quanta a maximo rege ſperanda, quantaq; uirtuti tã excellenti debita eſſent. Quæ omnia tam & ſi uere dicebantur, pro communi tamen Italiæ laude & gloria, uel cum uitæ rerumq; ſuarum periculo Neapolitanos reges ſequẽdos ſibi cenſuit. Compoſitis igitur circa Vrbem rebus, bona cũ Alexãdri Sexti uenia, cuius rebus cũ imperio præfuerat, Ad reges contendit. A quibus ſtatim in Flaminiam aduerſus aduentantem Gallorum multo maximam manum, ſphortianis inſuper armis terribilem miſſus, Ferdinando iuniori ſũmæ ſpei tunc temporis & indolis Dux & magiſter a patre dat̃. Mira ſane res dictu, & quæ niſi noſtra uidiſſet ætas ad poſteros fidem uix inueniat.

Rex

Rex regẽ filiũ auo atauiſq; regibus ortũ, non ſolũ Petilianio cõmendat, ſed in fidẽ poteſtatẽq; prope tradidit. Hic ego auctoritatẽ ĩperatoris, an uirtutẽ, an rei militaris ſcientiã, an felicitatẽ admirer? Nã quid Alphonſo illo præſtantius, ſublimius, excellẽtius? Quis illo rei bellicæ ſcientior? Quis ĩ perſpiciẽdis atq; expẽdendis hominũ ingeniis ſolertior unq̃ fuit? & eoꝝ præcipue, q eã artẽ tractarẽt in qua ipſe omnes ætatis ſuæ principes lõge præſtaret? Magnũ tibi uideri poterat qđ filiũ unicũ ad tantã regni ſpẽ natũ educatũq;, tantæ indolis, huius curæ fideiq; cõmiſerit, poteſtati ꝑmiſerit? cõmiſſus ẽ tñ fidei, ꝑmiſſus poteſtati. Voluiſſes regnũ illis tꝑib⁹ regiaſq; copias oẽs uni Petilianio tradditas? Tradditæ ſũt. Honorẽ, regiã maieſtatẽ, uitã, ſpẽ oẽm ĩ hoc uno repoſita? Nõ modo nõ repoſuit, ueꝝ huius arbitratu & ĩperio gubernãda reliqt. Filiũ quẽpiã ſi priuatus pater in mercaturã, uel ĩ alia negocia mittat, peritiſſimũ cariſſimũq; cuſtodem ut filio deligat, ſtudet. Rex, regẽ filiũ, de regno, de ſalute periclitãtem nõ peritiſſimo & ſapientiſſimo duci cõmẽdet? Quod ſi magnæ laudis ducas te pupillo inſtitutũ tutorẽ eſſe, Rẽq; illius bona fide & diligẽtia curaſſe, Quãta huius erit gloria, regum duorum uiuentium, alterius imperatorem, alterius magiſtrum, quinimmo tutorẽ rem feliciter adminiſtraſſe? At cõtẽnẽ-

dus

dus hoſtis erat, & cui facile quíuis ĩperator obſtitiſ
ſet. Meminiſti Prĩceps Sereniſſime, meminiſtis pa
tres, quãta illa ſeſe tẽpeſtas ex alpibus effuderit. qui
tumultus, q̃ terror totius Italiæ, cum regũ ille maxi
mus, Italicis ad hæc opib⁹ adiutus, gloriæ ꝑterea &
regni cupiditate accẽſus tãtũ ſuo aduentu terroris ĩ
cuſſit, ut prius oẽs oppreſſerit felicitate quadã & ꝑ
petuo rerũ ſucceſſu, q̃ fama nũciari res ab eo geſtæ
poſſent. Quo tñ tẽpore ſic ueſter Imperator Impe
rio fũnctus eſt ſuo, ut & Gallorum impetum repreſ
ſerit, & exercitũ incolumen reuocanti regi, ſaluum
filiũ optanti id patri reſtituerit. Quod niſi ille pri
mus omniũ de ſalute regni, ſuaq; deſperaſſet, nec
tam cito regno excidiſſet, Nec imperatores ſuos in
hoſtis poteſtatẽ uenire coegiſſet. Nũc uero qñ res
ueſtræ totæ ad ſe nos reuocant, q̃ illũ longe mirabi
liorẽ reddunt, maiorẽ attẽtionẽ, maiorẽq; curã orã
tio poſtulat. Nos aũt extremũ hunc actũ ita per po
liemus ut cũ nihil omiſerim, quod de tanti uiri lau
dibus dici poſſit, breuiſſime tñ rem totam perſtrin
gam. Tarrenſi igitur acie, quã Carolo redeunti con
greſſi, feliciter depugnaſtis, cum militũ ueſtrorum
animi conſternati plane forent, Imperatore ueſtro
cuneis hoſtilibus uix euulſo, uiris fortibus & illuſtri
bus aliquot in pugna deſideratis, ſociis perfidia pu
gnã detractãtibus, ueſtris militibus ignauia fugiẽti

bus, ſolus hic ex hoſtiũ manibus elapſus et primus animos noſtris reſtituit, et primus ad uictoriã conſequendã animauit. Vterentur ſe uel duce uel commilitone, certã de Gallis uictoriã ac prope in manibus eſſe, rege trepido, pleriſq; eoꝝ ducibus cæſis, reliquis, qui pauci ſupereſſent, ita perterrefactis, ut de fuga tantũ cogitarent. Verũ his qui ſummæ rei tunc præerant, aliter uiſum uictoriæ ceſſione contentis. Qui nuncius ut primũ Venetias allatus eſt, in credibile dictu (& ciuitas tota recordari debet) quãta ea lætitia fuerit, qui concurſus in ducarium populi, non ſolũ tã inſigni parta Victoria, ſed etiã tanti Ducis acceſſione facta. fit igitur. ſ. decretũ, copiarũq; omniũ illi, ſuppreſſo tñ imperatoris nomine iã pridẽ alii deſtinato, demandatur. iniunctũq; ut Nouariã obſidione cingeret. quam ĩtra paucos d es circũuallatã ferro fameq; deditionẽ facere cõpulit. Inde Florẽtinos Piſanoꝝ ceruicibus inminẽtes frendentes indignãteſq; reuulſit milite per Appennini iuga in Caſentinatem ſaltũ inſinuato. ubi hoſtis præſidia non uno in loco oppreſſa, pleraq; oppida capta. pax demũ hoſti expreſſa, re piſana q̃tũ in uobis fuit incolumi. nec ita multo poſt, Cremonã Cremonenſiſq; agri, quicqd Ollio Abdua q; cingitur, Imperio ueſtro adiecit. Sequenti anno Fluctuãtes Galloꝝ res nouo repentinoq; Ludouici

ſphortiæ

Sphortiæ aduentu, nõ egregie ſolũ tutatus eſt, ſed
uincendũ capiendũq; hoſti iam trepidanti facilius
præbuit. Fauentiã poſtea ab aliis potius tentatam q̃
oppugnatã uinci poſſe docuit. & ueſtræ ditionis fe
cit. Superiore germanico bello, cũ Italiæ clariſſim⁹
omniũ Imperator ĩmineret, Veronæq; prope mœ-
nibus aſſultaret, non ſolũ Veronenſẽ agrũ ab omni
hoſtili ui tutũ ſecurũq; reddidit, ſed ita ẽt effecit,
ut ſecuris uobis ab hac parte, atq; alio cõuerſis ani-
mis, & germanos in Cadubrinis mõtibus oppreſſe
ritis, & eoꝝ oppida nõ contẽnenda pugnãdo cæpe
titis. Quod ſi fuiſſet ab his obtẽperatũ illi, qui hoc
anno cũ Gallis acie dimicãdũ acclamabãt, & nullã
aliquã grauiorẽ cladẽ adiiſſemus, & hoſti dubio ꝓ-
cul repẽdiſſemus grauiorẽ. Neq;.n. ſũmi Impatoris
eã eẽ laudẽ ſolũ exiſtimabat, pugnãdi. ſ. cupidũ eẽ.
In quod dũ pleriq; ueterũ & recẽtiũ Imperatorum
nimis auide ruere, ſe & alios facile præcipitarunt.
ſed conſilio & prudentia rẽ bellicã felicius tutiuſq;
adminiſtrari. Legerat ille ueterũ Romanorũ monu
menta complura. Domeſticas maiorũ ſuoꝝ laudes
diſciplina militari partas, reſq; ab illis ampliſſimas
feliciſſime cõſilio ſemp̄ adminiſtratas meminerat.
plurimis ille bellis iã a p̄ma ætate periculoſiſſimiſq;
uerſatus erat. Sub clariſſimis ĩperatorib⁹ p̄cipue ue-
ro ſub illo belli fulmine Picinnino meruerat. nullũ

non bellorũ genus attigerat. Cũ his ipſis Gallis ad Sarnũ, ad Troiã Apuliæ urbẽ adoleſcẽs militarat. horum ĩpetus ĩ Flaminia imperator repreſſerat: ad Nouariã fregerat. Qua tanta diſciplina tantaq; rerũ experientia facile probare poterat, rẽ militarẽ uirtute animi, q̃ ui corporis magis procedere. Et rẽ alioqui cũ eo hoſte eſſe, qui natura præferoces ſpiritus aleret: qui mortẽ per tela, per enſes primo conatu peteret. qui inter alpinas niues interq; montes omniũ aſperrimos ortus educatuſq; bellis ſemper aſuetus illis ipſis Saxis, niuibuſq; patriis primo impetu terribilior eſſet. præſſe præterea ſummæ rei, quẽ Galli æque ac deũ quẽdã colerent, Regẽ. qui a primis annis inter bellicíſſimas nationes in caſtris ſemp uerſatus cũ ipſo lacte arma bellaq; imbibiſſet. Cunctãdo facilius uinci debellariq; poſſe. ꝙ inter infidos ſocios procul a ſuis, in aliqua cõmeatus penuria uini præcipue cuius auidiſſima gens ſit. agat, appetere iã æſtatẽ ſummam, feruentiſſimoſq; æſtus, quos Gallorꝫ fluida corpora ferre minime poſſint. Regẽ facile aliis curis ĩplicitũ quibus uerisimile ſit eũ diſtringi, uel retro in Galliã abiturũ, uel rẽ totam aliis ducibus cõmiſſurũ. Sibi omnia contra. Italũ militẽ tẽpore meliorẽ fieri, & experientia cautiorẽ. paulatim hoſtili cruore Tyronẽ aſſuefaciendũ. & hoſtes alioqui contẽptibiliores indies fieri. ſocios adeſſe

fidiſſimos

fidiſſimos paratiſſimoſq;.Cómeatũ omnis generis affluentiſſimũ.anni tépus italo militi patrio cœlo. patriiſq; æſtibus áſſuefacto,cõmodius. pecuniá,re liquũ ſupplementi Venetiis affatim aliiſq; locis af ferri.Dubitare præterea ſe de perfectorũ quorundã fide qui in Caſtris militarent. Neq; ueri ſibi uideri ſimile,regé tanta nobilitate cinctum, tã ĩcaute ſe ſe periculo obieciſſe,ut Abduã in tanta noſtri exerci tus uicinitate ſuperare uoluerit.& quocũq; interim uelit,libere uagari,niſi ex noſtris haberet, q uel cõſi lia retegerét,uel opé pro re nata ſponderét. Nõ ſem per audaciã tutã felicéq; eſſe illoꝝ, qui prælia pu gnaſq; ſomniarent.meminiſſe eos debere cũ eo ho ſte rem eſſe,qui cunctatione & mora facilius uince retur.Sic illoꝝ ĩpetus a maiore Alphonſo retuſos, ſic a Ferdinãdo poſtea retardatos. ſic nuper ab Hi ſpanis ad Lyrim amnem fractos,& regno tandem Gallicũ nomen excidiſſe. ſic priſcis téporibus a ro manis non Italia ſolum pulſos,ſed plane intra ſuas ſedes intra patriũ ſolum & domitos & uectigales factos eſſe.pugnã quotieſcunq; uolueris paratam hoſtibus id expoſcentibus.ubi ſemel aleæ te comi ſeris, fruſtra fortunam uel militum tuorum Igna uiam aut perfidiam rebus acciſis accuſes. Cæterũ trahentibus alio fatis ita euenit,ut ſeruata magna exercitus parte,atq; ea fidiſſima,receptaq; non mi

nore indole et uirtute Patauio, aliquot ante diebus dedita, hic demum eam peritiam bellandi declara rit, quam a primis annis, tãtis rebus feliciſſime ſem per geſtis, tot Populis, tot Regibus, tot Põtificibus in tanta bellorũ uarietate, uobis deniq; ſemper an- tea ſine ulla unq̃ alicuius offenſione ꝓbarat. Cœte rum priuſq̃ ad hanc urbis Patauinæ propugnatio- nem accedam, quã unius egregia uirtute Petilianii defenſam ſeruatamq; conſtat, non minore tamẽ diligentia curaq; ueſtra, patiamini quæſo, q̃ ad rei Magnitudinem declarandam, atq; ipſis oculis pe- ne ſubiiciendam ſpectent, attingere. Simul ut ſingularem Imperatoris ueſtri uirtutem, ſimul ut conſtantiam ueſtrã, & præſens ætas celebret, & ad- miretur poſteritas. Recepta igitur Patauio incredi- bili quadã celeritate, & diuino plane cõſilio, quip- pe quæ prius uexilla feliciſſima ueſtra in medio ur bis foro conſpexerit, q̃ uos Taruiſinis Caſtris mo- uiſſe ſcire potuerit, intra pauciſſimos dies adeo cõ munita eſt urbs immẽſo murorum ambitu patẽs, & longo pacis uſu, ad nullam rem minus, q̃ ad lon gam arduamq; uel obſidionẽ, uel oppugnationem perferendam Idonea, ut Imperatoris præſtantiſſi- mi uirtutem, & ferociſſimarum gentium impetũ, quæ numeroſiſſimæ non multo poſt affuere, par- tim hic fregerit, partim conſilio & ſapientia ſua de- bilitarit.

bilitarit. Hac in re quid ego prius admirer? Initum ne conſilium recipiendæ urbis tã amplæ, tam per factioſos quoſdam ciues a uobis alienæ? An animi Magnitudinem in aggrediendo? an Felicitatem in conficiendo? an Virtutem in ſeruando? recordamini patres, quæ ſtrages hæc recens, quanta illa tempeſtas, quæ a uobis alienatio omnium populorum, quæ conſternatio animorum fuerit. ſedebat ad Benaci caput Rex omniũ potétiſſimus cũ exercitu, tam ſuo robore q̃ uictoriæ partæ faſtu, quantum coniici poterat, inuictiſſimo. Clariſſima oppida aliud ſuper aliud a uobis alienata. De retinendo Taruiſio ſoliciti eratis. ſalſas hãſce undas atq; hæc littora miles ueſter ductis ad ea munitionibus circũſpectabat. imminebat altera ex parte Maximilianus Cæſar & rerum geſtarum magnitudine clariſſimus, & animo in uos ſupra q̃ credi poſſit, alieniſſimo. uniuerſa Italia Venetũ nomé partim odiſſe, ptim uictoré hoſté formidare. Claſſes tã Hiſpana, q̃ Gallica & Põtificia ĩ ſinũ pauloponſt Adriaticũ irruptũ timebat. Interdictũ erat nobis chriſtiana p iratũ Põtificé pietate. & tã qui rei ueſtræ uel cõſilio uel opera fauiſſent, q̃ nos ipſi diris execrationibus exagitati. ipa hæc una ciuitas Italicæ libertatis alumna & aſſertrix ſeruituti omnium gentiũ pro Põtificis iure ſubiecta. nõ ipſa corpora, non hæc lucis uſu-

ra nobis integra eſſe, ꝙ ſpiraremus, ꝙ uocem mitte-
remus, ꝙ formā hominum haberemus, æquis ani
mis ferri non poterat. & ꝙ omnium grauiſſimū ſit,
quodq; a natura ipſa datum omnibus, cum maxi-
me uexaremur, diriperemurq;, non cōceſſa uitæ ſa-
lutiſq; ſaltem propugnatio. Nihil in hoſtis odium,
nihil ad leuandam a nobis inuidiam aut fingo, aut
amplio, cum nihil nobis reliqui hoſtis uellet, præ-
ter hanc patrii cæli uſuram, atq; hāc paulopoſt, ad
libidinem ſuam diuexandam, hac conceſſione im-
manior reſeruaret. quoad paratior ad urbem hanc
euertendam, ad tot diuorum auguſtiſſima templa
diripienda, ad tantam Nobilitatem tollendā, quæ
omnia prius in eorum capita recidant, adueniſſet.
Hiſce tot malis circūuenti, cū & hoſtes infenſiſſi-
mi eſſent, et amici ſociiq; deſeruiſſent, receptā Pata
uiū ſic tutati eſtis Petilianii ducis opa, ut bimeſtris
illa obſidio Imperatori omniū ſeculoꝝ clariſſimo,
ualidiſſimis numeroſiſſimiſq; copiis tam italicis q̄
externis cincto, diſiectis plane muris tormētorum
aſſiduis ictibus per uiginti & amplius dies, partim
infeliciter, partim incaſſum ceſſerit. Sic enim urbē
dux ueſter communierat caſtellis propugnacu-
liſq; erectis, ductaq; interius foſſa, ut nullam ſpē
potiundæ urbis germano reliquerit. Illi contra in-
feſta omnia reddiderit. Mantuano primum prin-
cipe

cipe qui ualidis copiis cinctus quinquagīta & am-
plius paſſuum milibus aberat: prius oppreſſo, q̄ a
quibus caperetur ſcire potuerit. Tum ad Circum-
uallatam ab hoſtibus urbem cōuerſus, clariſſimos
eius exercitus ductores partim cœpit, partim occi-
dit, qui ſi funus huius comitari potuiſſent, neſcio
quo pacto ueteres illos Romanæ Reip. triumphos
nobis rediđiſſent. Iam uero cum Cæſar aſſiduis tor
mentorum ictibus urbem concuteret, magna muri
parte diſiecta, copiis ſupraq̄ credi poſſit ingētibus,
(centum.enim & amplius militum milia in armis
erant ferociſſimarū gentium) non modo Caſtellū
unum expugnare potuit, ſed pro magno beneficio
habuit, ſi tutus ob obſidione diſcederet. & abiit ille
quidē infecta re. & cum facile fugientes uinci poſ-
ſent, Abeant inquit abeant. Et ad ſuos reuerſi, ma-
iore cum ignominia, quo plures fuerint, uiuant Ita
licæ uirtutis perpetui teſtes. Sed quid ille hoſtium
teſtimonium optaret? Vos Vos tercētū Patritii ur-
bis noſtræ lumina, qui ī ea in obſidione tam egregiā
nauaſtis operam, q̄ & rei neceſſitas exigebat, & uir-
tus ueſtra ſpondebat, appello. Vos teſtes Cito.
ecquem unq̄ Imperatorem pari prudentia, pari
uigilantia, non dico uideritis, ſed aut ipſi per uos
legeritis, aut ab aliis fando acceperitis? Non citent
hic Hetruſcæ Senæ ab imminenti libertatis peri-

culo

culo ſeruatæ. Non Florentinorum ampliatum Imperium. non uicti Reges. Non uictores eius opera Pontifices. Domeſticis exemplis atq; adeo memorabilibus & recentibus abundamus. Cuius unq̃ Imperatoris hoc uno in obeundis negociis labor maior? cuius in agendo induſtria par? In prouidendo conſilium præſentius? In ſubeundis periculis fortitudo conſtantior? Iam uero quanta illius apud milites auctoritas, quanta apud ſocios? Quis illũ ut ĩperatorẽ, aduẽtãtẽ cũ exercitu, nõ ut patrem potius coluit? Temperantia autem ĩ quo uno maior? Quid ipſe miles, q̃ continẽs, q̃ diſciplinæ militaris obſeruator, ut ueſtigium militis ne dum manus pacato obfuerit nulli? neq; uero hoc mirũ, ſi is ĩperator militem facile contineat, qui continentiæ leges ſibi primus imponat. Noſti princeps Sereniſſime, quantum miles clauſus licere ſibi uelit. q̃ in hybernis licentioſe ĩ ruſticos, in omnes agat. citentur Patauini ciues. citentur Matronæ. ipſa mehercle urbis tecta, ipſa Diuorum Immortalium templa, unde is fœdam uaſtitatẽ illam Propulſauit, ipſa urbis ſaxa, ſi poſſint, teſtimonium dicãt qua Temperãtia, qua Vigilãtia, qua Solertia ſe geſſerit. Citentur inq̃ hiberna & ſunt illa adhuc recentia. nulla mehercle priuata domus, tam tuta, tam caſta, tam ab omni iniuria & libidine munita ſeptaq; fuit. Quã ille in

milites

milites facilis & clemens? q̃ cõtra ſi grauius peccaſſent, ſeuerus? Quas Imperatoris tanti uirtutes, cũ mecum ſæpe reputo, (reputo autem q̃ ſæpiſſime, uel tanti uiri recordatione, uel recenti hac uulneris acerbitate,) non uideo quem ueterum ducum illi anteferre, noſtrorum conferre ualeas. aut cuius res geſtæ tantæ taleſq; eſſe poſſint, quæ cum huius gloria, & amplitudine committi compararíq; debeãt. Atq; ut illa uetera Reip. Romanæ lumina Camillos, Fabios, Scipiones, Cæſares omiſerim, quando noſtra & patrum noſtrorum ætate clariſſimos Imperatores terra Italia tulerit, Quis Albericũ Cunii principẽ Italicæ militiæ iam lapſæ inſtauratorem, quis Brachiũ populoꝝ, Regũ, Põtificũ, feliciſſimũ ſemper propugnatorẽ, qs Sphortiã magnis clariſſimiſq; reb⁹ ab eo geſtis, ſupato Alphõſo maiore, ſeruato Neapolitano p ſæpe regno celeberrimũ, cum hoc noſtro tuto cõmittat? Nam ut umbratiles illas pugnas in quibus uerius luderẽt, q̃ pliarent̃ fuſis per ſæpe in gẽtibus exercitibus ne uno quidẽ milite deſiderato, ſileã, quis ducẽ cũ duce, res geſtas eorũ cũ geſtoꝝ ab hoc ãplitudine, tenues tũc Italiæ ac ꝓpemodũ renaſcẽtis, cũ hui⁹ adultæ & florẽtis, opes, ꝑncipes uix ſibi ĩpis notos, & pauloante ĩperiũ adeptos, cũ his regibus, his populis, hac deniq; fũdatiſſima Rep. ueſtra cõferat? Carmaniolas Picinninos

clariſſima

clariſſima olim in terris nomina fortaſſe quis obii/ciat, In illo fidem, in hoc maioré prudentiã facile requirã. In omnibus his tã obſcurã generis atq; adeo ignobilem ſorté reperias, ut per ſæpe ab horreas. Duos ex omni præſtãtiſſimorũ noſtræ tẽpeſtatis ducũ memoria mihi ſeligo Sphortiæ filium Frãciſcũ Mediolanenſem poſtea Ducem, & alterum diuerſa Italæ parte Federicum urbini Principem. Quorũ res geſtæ tantæ taleſq; ſunt, ut turo certare cum omni antiquitate poſſint. Alter a patre iuuenis adhuc relictus uicto ad Aquilã Brachio, fuſo ſæpe Picinnino, ſeruato uobis & Florentinis Imperio, fatigatis Pontificibus, fugato poſtea exercitu ueſtro, parto demum mediolanenſi principatu clarus. alter infelicibus auſpiciis primũ in militiam profectus, poſtea ſemper inuictus, Florentinorum Imperium cõſeruauit. Ferdinãdum regem Neapolitanum ornauit. Põtificis copias ad Ariminum fudit. Sigiſmũdum Malateſtam inquietum hominem pacis legibus aſueſcere coegit. Colleonem in agro Bononiẽſi repreſſit. Ferrariam ab imminenti periculo eripuit. Virtute demum ſua principatum adeptus eſt. Qui certe Duces (ut dixi) magnitudine rerum geſtarum ueteribus omnibus opponi poſſunt. Cæterum ſi cum hoc noſtro cõpares, quis tandẽ p ĩmortalẽ deum æquo animo ferat? An tu (ut hinc potiſ

ſimum

ſimũ ordiat)generis huius nobilitatẽ & Vrſinæ fa
miliæ decora cũ utriuſq; obſcuritate conferas:qñ
alter patrẽ tantũ atq; eũ ab aratro ſumptũ mihi no-
minare poſſit. Alter ſupra patris mediocris nomen
nõ habeat quos enumeret. Victoriæ Brachiãæ Frã
ciſcus particeps fuit. Nicolaus in debellando Al-
phonſo rege nõ mõ particeps ſed plane auctor &
princeps. Florentinã ille rẽp. ſeruauit. hic & conſer-
uauit & auxit. Põtifices ille pontificiũq; decus aut
exercuit aut contẽpſit hic ex maiorũ inſtituto Põti
ficiã rẽ & ornauit fouitq; & incolumẽ ſæpe fluctuã
tem præſtitit. Debellauit Sphortia ueſtras ad Cara
uagiũ copias. Petilianius Galloꝝ regem omniũ ma
ximũ & uinci poſſe primus oſtendit & præferoces
gentis ſpiritus Nouarienſi obſidione fregit. Nã de
principatu parto cũ ſibi eũ uxor aſtruat Philippi
mediolanenſis ducis filia in hac utriuſq; collatio
ne reponẽdũ nõ eſt. Vrbini uero Dux ita prima ſti-
pendia meruit ut exutus omnibus copiis uno ĩpe-
tu ſit. At Vrſinus hic ueſter iã ꝑmis illis tyrociniis
egregium ſpecimẽ uirtutis & ad Sarnũ fugato Fer
dinãdo dedit. & Senẽſi re libertate donata rẽpſſo
q; rege maximo clarus fuit. Volaterræ Florẽtinis re
ſtitutæ Federici opa illuſtrẽ illũ fecere. Serzana &
Petra ſancta cũ aliis oppidis ex hoſtibus captæ uir-
tutis huius teſtimoniũ dicunt. Ornamẽto fuit ille

ferdinandi

Ferdinandi rebus.hic duorũ Regũ alterius imperator, alterius Dux magiſterq; & ſaluti & præſidio fuit. Põtificis copiæ ad Ariminũ fuſæ Federicũ clarũ faciunt.ſæpe ſeruate Nicolaũ clariorẽ reddunt. Iã de Sigiſmũdi ꝑtinacia ab eo domita, de terrore Colleoni iniecto quid dicã? qñ alteꝝ omniũ iniuriæ obnoxiũ exiguis opibus, in omniũ odio deſtitutũ, facillimũ fuerit uincere.alterũ ĩter medios hoſtes uerſantẽ magnis itineribus confectis feſſum, non fuiſſe ab hoc uictũ, cũ multo plures & paratiores copias haberet, potius accuſes q̃ laudes. Age uero Ferrariã tantis præſidiis totius Italiæ cõſenſu defenſam cũ Patauina propugnatiõe cõferas? Quid quæſo huic ſimile. Ferrariã plurimi.tuebantur, ſoli Veneti oppugnabant. Patauiũ hæc una res publica ꝓpugnabat. Vniuerſus orbis ad eius euerſionẽ conuenerat. Ferrarienſes, ꝓ focis, ꝓ aris, pro liberis, ꝓ ſalute pugnare ſe ſe putabant. Patauinã urbẽ mercenarius tãtũ miles atq; ex magna parte externus, præmiorũ tãtũ ſpe defendebat. Præerat ueſtris copiis ſociali bello Robertus ut fortis, ut uigilans ĩperator, ſic ĩ quo fortunam ſæpe requireres. hoſtium copias infinitas is Imperator ductabat: quo uigilãtior, ſcientior clarior deniq; nemo unquam fuit. An tu hominẽ cum homine, Ducem cum Duce, fortunam cum fortuna conferas? næ iniuriam mihi maximam ui-

derer

deret inurere clariſſimo omnium imperatori, ſi hūc Mercenarium Ducem cum cæſarea maieſtate cū ea auctoritate, cum tanta felicitate & rerum ab eo geſtarum amplitudine comparem. Hunc tamen talem tantumq; uirum, tantis ſuis, tantis Gallorum, tantis totius Italiæ ſociorum copiis uallatum, non ſolum prudentia et uigilātia ſua repreſſit, uerū uirtutem antea ſemper inuictam Cæſaris ita fregit, ut deſperata tandem re unum ſibi Petilianium obſtitiſſe fateretur, quo minus urbem expugnaſſet. In qua ſane ſeruata, non hac tantum de cauſa magnus habendus eſt, ꝙ tanta de ſpe potiundæ urbis hoſtem deiecerit, quantum ꝙ Vrbem totius orbis clariſſimam bonitate agrorū, fructuum copia, cæli ſalubritate, deſcriptiōe tectorum ac pulchritudine ſumma fide, laboribus periculis, conſiliiſq; ſuis ex flamma & ferro ac pene ex faucibus Orci ereptam & uobis conſeruatam ac reſtitutam traddidit. Sed mehercle ille non Patauium tantum uobis, q̄ rempu. uitamq; omnium ueſtrum, bona, fortunas, coniuges, liberoſq; ueſtros hoc domicilium clariſſimi Imperii, fortunatiſſimā pulcherrimāq; urbem ſeruauit, liberauit, eripuit, atq; ab iſtis ſanctiſſimis Diuorum templis ac delubris Ignes iam prope ſubiectos ac circundatos reſtrinxit. Exaudiebantur intra hæc ueſtra tecta, intra hæc penetra-

lia non

lia non tam tormentorum terribiles illi Bombi, q̃ ho-
ſtiũ uoces & minæ, Venetias ſe unas petere, quas di
riperẽt, uexarente, uerterent, inflammarent. Arcem
igitur ille clariſſimi Imperii ueſtri & libertatis ueri-
us defendit, q̃ Patauinã urbẽ. Quid.n.nobis præſi-
dii reliquũ erat expugnata Patauio, amiſſo impera
tore fidiſſimo præſidiariis militibus ad internitio-
nẽ deletis, magna huius populi parte necata, nobili
tatis ueſtræ flore uel capto uel cæſo? Quæ tamẽ om
nia huius prudentia & cõſtantia, (qñ eius humeris
tota res innixa ſtabat) incolumia ſaluaq; uobis mã
ſere. Quod ſi ciuem unũ ĩ acie ſeruaſſe, magnæ lau
di apud ueteres tribuebatur, quãta huius eſſe laus
debeat q tot patritios, tantã nobilitatẽ, tot ueſtros
ciues, ciuitatẽ hanc deniq; clariſſimã ſeruarit? Ca-
ſtelli cuiuſuis muros, ſi quis bene cuſtodierit, aſcẽ-
dentẽq; hoſtẽq; deiecerit, præmiis afficimus maxi-
mis. qui ciuitates duas eodẽ tempore, alterã Vrbis
huius arcẽ, alterã totius orbis cõmunẽ quaſi paren-
tẽ eripuit, quibus præmiis, quibus coronis donabi-
mus? Proditores grauiſſimis ſupplitiis afficies? Cõ
ſeruatores quibus præmiis honorabis? Si militem
magnifacis, q ſtrenuã nauarit operã, q uitam ſæpe
ſuam expoſuerit: quid Imperatori tribues, cuius ca
put tãtis periculis obiicitur, Tot talis petitũ? Quod
ſi Maiores ueſtri dies quoſdam ſacros eſſe uobis
uoluere:

uoluere: qbus uel ciuiles diſcordias extixere, uel ui-
ctorias huic urbi peperere, nonne diem hunc, quo
uos, liberi ueſtri, fortunæ, Diuorum aræ, & Templa tā
ta Nobilitas, tanta Religio, tāta Pietas a ferro, ab ī
flammatione erepta ſunt æterna memoria colētis?
& poſteris obſeruandum ueſtris p manus tranſmit
tetis? Nam ſi nobis is dies qui in lucem edidit iu-
cundus illuſtriſq; eſt, is certe quo cōſeruari nos cō-
tigit, aliquanto maiorem iucunditatem afferre de-
bet. Naſcimur enim omnes incerta ſpe, conditione
miſerrima. Conſeruamur lætitia certiſſima melio-
riſq; fortunæ ſpe. In naſcendo nihil eſt plane gau-
dii, multum mæroris, multum lachrymarum. ſine
ſēſu, ſine uoluptate proiicimur, uerius q̄ naſcimur.
Contra ſeruatis læta omnia. nihil triſtitiæ, nihil do
loris. ſentimus percipimusq; plane tanto maiorem
uoluptatem, quanto recordatio periculorum cum
euaſeris, iucundior eſſe ſolet. Cæterum ut ad eum
ipſum redeamus, cuius in bellica uirtute quanta
fuerit laus, experti eſtis, quid illæ domeſticæ & pla
ne togati uirtutes q̄tæ fuere? Quantum ille chriſtia
næ pietati addictus? q̄ accurate cotidie ſua tem-
pora horario ex chriſtiani more hominis impende
re? quod rariſſimū in hoc hominum genere inueni
as, q̄ cibi q̄ ſomni parcus? q̄ alieni non appetens?
ſui, his qui indigerent, pene profuſus? Meminiſtis

(credo) patres Borgianam fœdiſſimã illam Valenti ni Cæſaris tempeſtaté, quæ per Vrſinæ ĩ primis familiæ capita debacchata eſt, cum uos coniunctiſſimam cum ueſtra Rep. familiã, nõ ſolum miſerati eſtis, ſed quãtum in uobis fuit, iuuiſtis, ſuſtuliſtis erexiſtis, ne fundatiſſima familia unius obnoxia ſæuitiæ funditus interiret. Quid non hic quoq; effecit, ut incolumes omnes eſſent? quantũ in eos argẽti profuſum? quantum ueſtium? omnes. n. ille uel apud ſe honeſtiſſimis ſtipendiis habuit, uel meliori fortunæ reſeruatos ĩcolumes poſtea domũ remiſit. Quod igitur pleriq; illorũ ex illa Carnificina ſe ſubtraxerint, ꝙ domos, ꝙ lares, ꝙ Cœlũ patriũ intueantur, ꝙ Caſtella poſſideant, ꝙ agros in pace colãt, cum huic ciuitati debent: in quam ut tutiſſimum portum cõfugere: hoſpiciis & opibus a uobis adiuti, Tum uero Petilianii Ducis liberalitati, qui per ea tempora omnes penes ſe ut filios, ut fratres habuit. De huius uero fide ſuperfluum (credo) ſit aliquid breuiter commemorare, quam cum ſinceram integramq; tot Populis, tot Regibus, tot Pontificibus ad hanc ætatem præſtiterit, citra omnem ſuſpitionis labem: tum uero hoc ſupremo ſuo tempore facile declarauit, quo animo in uos eſſet, cum duces exercitus ad ſe accerſitos, ad fidẽ huic reip. ſeruandam adhortatus in hunc modum eſt.

Extremũ

Extremũ mihi uitæ finem fortiſſimi Duces adeſſe ſentio.iãq; hi nos ad ſe uocãt, qui ea lege naſci uoluere,ut mortalẽ me eſſe meminiſſem.nec certe mihi grauis mors uideri debet:quippe quæ meliorem ſedem, cum hinc abiero, pollicetur,& ſempiternã apud uos,apud Venetos Patres,apud omnes gentes recte a me factorum memoriam ſpõdeat.Exigu um uitæ curriculum,immẽſum gloriæ nobis Natura propoſuit.& mortale corpus hoc eſt, citoq; peritutũ,immortalis & perpetuo uirens Gloria,quam petimus.Nec ſane turpis mors forti uiro,nec ĩmatura Impatorio.nec miſera chriſtiano homini eſſe debet.quod ſi unum a uobis hoc tempore ĩpetrare potuero, tunc aſſecutum me a Diis Immortalibus omnia credam, quæ dari ab his homini poſſint.hoc mihi nunq̃ negaturos uos & fides egregia, quam ad hanc diem firmam incorruptamq; præſtitiſtis reip.Venetæ,& ſingularis prudentia ueſtra mihi pollicẽtur. Fidem igitur,quã hactenus Veneto nomini ſanctã impollutãq; præſtitiſtis,eam uel meo exẽplo,uel ornamentis ueſtris longe maximis futuris,uel pro cõmuni Italiæ Reginæ quõdã omnium gentiũ dignitate,uel pro ueſtra incolumitate ſeruate.ueſtræ enim hæ dextræ, quas cum intueor,non poſſum non gaudere:cum Patauium proxime contra potentiſſimum hoſtem tuerentur,

Italiæ dignitatē, & ſalutem tuebantur. Eadem hoc tempore & certe par propugnationis ueſtræ ratio. Nec hoſtes ueſtri quicquā æque ſtudent. q̄ labem aliquā īcōſtantis animi uobis inurere. aut æque formidāt, q̄ Virtutē iſtā ueſtrā toties magnis eorū cladibus expertam, & non Italiæ ſolum, ſed uniuerſo plane orbi celeberrimā. Italiæ igit̃ felicitatē, libertatē ueſtrā libertatē Italiæ felicitatē ueſtrā exiſtimare debetis. Quo animo ſi eſſe perſeueraritis, tū quæ præmia uirorum fortiū eſſe ampliſſima debent, a gratiſſimis omnium patribus expectare uos iubeo. Qui meritorū ueſtroꝶ & æquiſſimi æſtimatores, & largiſſimi remuneratores erūt. Quod ſi nulla uirtuti ueſtræ præmia propoſita forēt: cōmunis tamē Italiæ ſalus, quæ manus ad uos iam tendit & dignitas, ueſtra cum Italiæ dignitate ſalus coniūcta, hoſtium ī uos ſupra q̄ credi poſſit accerrimū odium, ſenex & ſempiterna uirtutū ueſtrarū futura memoria inuitare uos debent. Hæc una ueſtra & peculiaris laus erit: in hoſtes Italiæ perpetuos arma induiſſe. Italiam a ſeruitute uendicaſſe. Italiæ Imperium aſſeruiſſe. Nec uos iuuet hac ætate his honoribus functos, hac tam conſtati de uobis & celebri hominū opinione, lucrum potius q̄ laudem, & Inmortalem gloriam, quæ uos optare in primis debetis, appetere. hoc ipſa cōmunis parens Italia noſtra

a uobis

a uob is poſtulat. Ego uero uos adiuro opteſtorq;
per ſalutē ueſtrā, per oſſa maneſq; cōmilitonum ue
ſtrorū, qui hoc anno pro cōmuni omniū ſalute in
acie cecidere, per eam gloriam quæ ampliſſima uo
bis apud omnes gētes parata ē, ut hoc animo ſemp
eſſe uelitis. Quod cū una omnes uoce annuiſſent,
tū uero lætus terræ corpus, aīam Cœlo, unde uene
rat reddidit. O uirū ſeculoꝝ memoria dignū. O Im
peratorē omniū ætatibus anteponendū. O nos pla-
ne qui relinquimur, ſi nō miſeros, certe infortuna-
tos. ille igitˀ hoc tēpore deceſſerit, quod & ſi minus
optabile ſit: nullū tñ uobis, aut reip. ueſtræ magis ne
ceſſariū unq̄ fuit? illa nos animi magnitudo, Graui
tas, Sapiētia, qbꝰ formidoloſiſſimi belli tēpeſtas di-
ſcuti poterat, deſtituerit, inter tot hoſtes, tā potētes
tā infeſtos? Nōne etiā atq; ēt mortē eius doleamus,
q̄d in tāta ſpe, in tāto rerum ſucceſſu, in tāta nō ſo-
lū īpatorū raritate, ſed plane uirorū fortiū, hoc uno
orbati ſumus, qui nō præſentia tm̄ bella, ſed futura
quoq; deleſſet? Quātū mœroris, quātū luctus in-
eſſe exercitui ueſtro fortiſſimo, & nunq̄ ſatis uel fi-
dei uel cōſtātiæ laudato exiſtimatis huius interitu?
Quas nō ille lachrymas effūdat. nō Italiæ ſolū īpe-
ratori meritiſſimo, ſed plane parēti oīum optimo?
Quid ſocios ueſtros, q̄d ſubditos, quo aīo, qua tre
pidatiōe affectos arbitramini, tāta nūcii grauiſſimi

accerbitate? Vnũ hunc hoſtibus omnibus oppone bant.in hoc uno ſalute, fortunas, liberorũ ſuorũ & patriæ incolumitatẽ reponebant. A laribus, a pene-tralibus, a Diuorum tẽplis & delubris ſuppoſitos plane & circundatos ignes, huius uirtute ſingulari re-ſtingui poſſe putabãt. At uero hoſtes ueſtri quan-tũ gaudii, quantum lætitiæ declarant non obſcuris animorũ uoluntatibus? Quid nõ illi hoc tempore audeant? Quid non ſperent, ſublato hoc Italicæ li bertatis tutore, propugnatoreq; fortiſſimo & fidiſſi mo? gaudebunt igitur hoſtes noſtri, tanti ducis in-teritu, nos eius mortẽ non grauiſſime dolebimus? fortiũ uirorum amiſſione etiam eorũ quos nunq̃ ui dimus non poſſumus non uehementer cõmoueri. Imperatorem omniũ clariſſimũ de Italia, de uobis optime meritum, ciuem ueſtrũ conſeruatorẽq; Im perii ueſtri non lugebitis? An ſi poetarũ lectione cõ moueamur, cum iuuenis alicuius ĩmaturã mortẽ, cum Arborem etiam lapſam intẽpeſtiue nimis & ambitioſe defleant, tranquillo uos animo eſſe po-teritis, cum imperatorem longe clariſſimum de uo bis optime meritum, in tãta ſpe felicitatis noſtræ ra ptum audietis? Quid Vrſinæ familiæ longe clariſ ſimæ, quæ cum ueſtra Reip. tam coniuncta eſt, q̃ mutuis utrinq; beneficiis eſſe debet, quid repetenti illum Romanæ Ciuitati dicemus? quæ tã affecta

hoc

hoc nũcio futura eſt, q̃ olim Scipiões aut Cæſares ſuos lugere deplorareq; ſolita fuerat. Sed cũ unicũ eius filiũ nondũ ꝑ ætatẽ doloris ſenſum habentẽ, ꝓpter te Princeps Sereniſſime ſedẽtẽ intueor, quem pater in unicã Vrſinæ gẽtis & certiſſimã ſpẽ & gloriã alebat: quẽq; ſuis præceptis informare, & diſciplina imbuere, militariq; gloriæ aſueſcere per ſe ipſe hoc tẽporis optabat: nõ poſſum a lachrymis omnino tẽperare. quæ cũ tãtũ amaret, quãtum unicũ filium pater diligere poſſit, hac indole, hoc uirtutis ſpecimine quod uidetis, hũc tñ moriẽs nec ſuis nec uobis cõmẽdandũ duxit. Omnis eius uolũtas, Omnis cogitatio, tota mẽs ueſtrã dignitatem, libertatẽ Italiæ cogitabat. iudicabatq; ſtante ĩperio ueſtro, florẽte Italia, filio ſi ſimilis ſui fuiſſet, præmia a uobis q̃ ampliſſima nunq̃ defutura. Quo magis hæc me angit recordatio. ꝙ eũ amiſerim⁹, qui uitæ ſuæ ueſtram dignitatẽ, ueſtrãq; ſalutẽ ſemꝑ anteuertit. Qui, dũ ueſtræ Reip. decus & ſplendorẽ ornare augereq; poſſet, non familiariũ ſuorũ querelas, non rei domeſticæ iacturã maximã, nõ ꝑmia ab hoſtib⁹ ampliſſima ſecutus, nõ eorũ in ſe, in ſuos oẽs acerrimum futurum odium ueritus, non gratiam, non beniuolentiam, non ueterem Gallicæ ſtirpis regiæ neceſſitudinem amplexus, uitam ipſam uobis, dicauit ac plane deuouit. Qui quãuis intelligeret, ſi

Pataviū relinqueret, poſt tot uigilias, tot labores tā tum curarum, ingraueſcente ætate, imminente mor bo, appetēte iā hyeme, uita ſibi excedēdū ſciret, pa rendum tamen Senatui, parendum ciuitatis uotis; parendum neceſſitati cenſuit. Eo igitur animo pro fectus eſt, ut q̄uis nulla reuertendi ſpes relicta eſſet, quicquid tamen euenire poſſet: forti animo tolera ret. nec quicq̄ ſibi fugiendum uitandūq; cenſeret, dummodo grauiſſimum conſenſum ueſtrum ſe quut⁹ uideret. & mehercle quaſi diuinaret, fore ut non multo poſt fatis Naturæq; concederet, ſic om nia maturabat: ut uix mouiſſe illū Patauio nūciatū uobis eſſet, cum exercitu, cum Vicētiā deditam ac cepiſtis præſidio hoſtium munitiſſimam, Polyneſ ſum Ferrarienſi Duci ademptū, Vicētini agri op pida partim ui, partim deditiōe recepta omnia. Ve ronenſem agrum aut omnem deuaſtatum, aut ad Veronæ uſq; mēnia uobis ſubactū. Quod niſi tem peſtas incrudeſcentis iam hyemis eius quodā mo do gloriæ inuidiſſet: ut in hyberna concedēdū fue rit, Nō Verona ſolū, ſed & reliquæ ciuitates ueſtra martia ſigna, ueſtrūq; imperiū accepiſſent. acceſſit uero dum in hac meditatione totus eſſet: tam ſubi ta et repentina, q̄ funeſta & plane nō expectata a no bis uis morbi. Quam cū ille non tā ætatis q̄ uirtutis robore conſtans, diutius aut diſſimulaſſet, aut ſu

ſtinuiſſet

ſtinuiſſet, q̃ ferri ab homĩe iã poſſet, Audiſtis quo in uos animo, quibus uerbis extremo ſuo ſpiritu deceſſerit. ut non rei familiaris, non amicoꝝ, non affiniũ, non filii memor, ſolũ de dignitate ueſtra, de ſalute cogitarit. Imperii ſplendorẽ ueſtri, libertatẽ Italiæ cũ ueſtra propugnatione coniunctã ducibus tãtum cõmẽdarit. Quis igitur tam ſaxeus uel ferreus erit noſtrũ, qui dũ hæc ſecũ reputat: temperare a lachrymis poſſit? Ciuẽ unũ de rep. bene meritũ, cũ uitã obeat, & lachrymis, & oĩ alia doloris ſignificatione ꝓſequimur: Impatoris huius funus, q nobis nuper Patauiũ, q hãc Vrbẽ cõtra hoſtẽ tã potẽtẽ tã genere & factis illuſtrẽ ſolus ꝓpe defenderit, ſiccis oculis intueri poterimus? An ego philoſophos neſcio quos plebeios audiã, fletũ & lachrymas nobis oĩno auferẽtes? quaſi turpe tibi futurũ ſit, mortem amici ſi grauius feras. Nõ natatus ipſe piſcibus, nõ uolatus auibꝰ, nõ ferris uis & ĩpetus tã ꝓpa, q̃ homini fletus. Hic ab ipſo lucis primordio nobis comes, Hic ĩuitis ẽt corrũpit. Hic miſerationem hoſti uel crudeliſſimo parit. Reliq̃ nos creſcente ætate & annis addiſcimus. hũc Natura plane nobis inſeuit. Quæ nam igitur hæc duritia tãdem, aut q̃ plane ptinacia fletum nobis in amicorũ morte tollere uelle, quem Natura ab ipſis uitæ rudimentis inſeuit, conſuetudo peperit: conſenſus omnium gentium

probet, Philoſophi præſtitiſſimi ĩ ſuis funerib⁹ exi-
gant: feras ipſas dominorum morte dolere, & ſimi-
litudinem quandam lachrymarũ imitari conſpici
as. Nos homines feris immaniores ueluti ſtupidi &
Marmorei ſi deſiderio alicuius egregiæ uirtutis cõ-
moueamur, in ius ad Prætorem uocabimur? Quã
quã nec ego laxandas doloris habens, non lachry-
mis indulgendum cenſeam. æque ac ſi nullum ali
ud ſuperſit ſolatium quod pie mortuis impẽdi de-
beat. quin nec illi pro eo ſenſu quem apud inferos
eſſe his datum credimus, has profuſas, has humi-
les, has deniq; fæmineas exquirunt. eſt & illud cauẽ
dum ne cum nimis immoderate dolore crucieris,
Non tam eius diſceſſu q̃ tuo incommodo cõmo-
ueri uideare. quæ res ſe ipſum magis, q̃ amicũ amã
tis eſt. Neq; enim his qui ita moriuntur, ut ab ado-
leſcentia ciuium ſuorum ſpem, q̃ de eis ſummã cõ
ceperãt, continuo ſuperarint: qui magnas clariſſi-
maſq; res geſſerĩt: ĩ ſummis ſemper Imperiis uerſa
ti fuerint, exiſtimare debemus, grauem acerbamq;
mortem eſſe. aut huiuſmodi uiris aliquid mali acci
diſſe. nobis hoc totum accidit mali, ſiquid accidit.
Quod ſi his poſtea moribus uixere, ut pietatem in
parẽtes ſeruarint, in fratres in ſorores liberales, bo-
ni in ſuos, iuſti in omnes fuerint, quis hiſce homini
bus, cum hinc emigrẽt, & ueluti cuſtodia uincliſq;
ſoluantur

ſoluantur, inuidere tantā felicitatē, quantā aſſe-
quantur illi, uelit? Quæ omnia cum imperato-
ri ueſtro cumulatiſſima, atq; ampliſſima cōtigerit.
non paruo nobis ad doloris īminutiōem ſolatio eē
debent. quæ enim tanta ſpes uel parentum uel ci-
uium unq̄ fuit, quæ ſumma plane iam ab ineunte
ætate extabat. quā nō Petilianius incredibili uirtute
uicerit? Aut qui nā honores, q̄ decora militaria uel
ſperari uel optari maiora in quopiam poterāt, quæ
non ille ante tempus aſſecutus ampliſſime ſit. eas
uero res geſſerit, ut ciuitatibus Italiæ libertatē ſerua
rit, Imperium ampliarit. Pontificium decus tuta-
tus ſit. Reges hoſtes uicerit, Amicos poſtea factos
ornarít, ueſtrum Imperium quantum in eo fuit,
primum auxerit, imminutum deīde egregie defen-
derit. Iam qui mores eius fuerīt q̄ faciles, quæ ī pa-
rentes Pietas, in Vrſinæ gētis principes Liberalitas,
in ſuos Bonitas, ī omnes Iuſtitia, quid dicam? hæc
adeo uobis nota ſunt, ut longiore commemora-
tione res non īdigeat. Sed & ætas ea iam erat, ut pau
corum annorum acceſſio, cum ſeptuageſimum pe
ne annum attingeret, nō multum illum iuuare po-
tuerit: hæc uero Mortis celeritas, cum eadem pe-
ne hora decubuerit & obierit, ut aduerſæ ualitu-
dinis nullū pene ſenſum habuerit: Dei plane Opti
mi munus iudicandum eſt. Vt cuius uita Trium-

phis

phis Ttopheiſq; maximis ornatiſſima ſemper fuiſ ſet, eius quoq; Mors quã facillima & expeditiſſi- ma foret. In caſtris uero, inter militum ſuorum la- chrymas, inter Ducum & Præfectorum manibus, in Legatorum ueſtrorum conſpectu, diem obiiſſe, quantum illi ſolatii ad mortis ferendum incom- modum fuiſſe creditis? Cõſcientia uero recte a ſe factorum, Fides ipſa quam ſanctiſſimam ad extre mum uitæ declarauit, ætas adhæc quæ ut grauis illi non erat, ſic certe uiriditatem priſtinam abſtulerat, Spes præterea quam de uobis animo conceperat, ut in animis ueſtris eius memoria nunq̃ intercide- ret, ad appetendã illi mortem ac magno pro uobis animo contemnendam animabãt. Recordabat'.ſ. ita ſe a primis annis uixiſſe, ut reditum ſibi ad cœ- lum expeditiſſimum patere ſciret. ibi cum Diuis ꝑ petuo fore. fruiturum eorum alloquio. fruiturum aſpectu. Vt quantum arbitrari poſſim, optare ſæ- pe mortem potuerit, quo illi citius liceret ea intue- ri, his frui, quæ cœlo ſperanda chriſtiana pietas afferat. & uixerat ille tantum, quantum plerique optent, ſperare non auſint. Iam tanta cum gloria rerum geſtarum decedebat, ut optabilis illi mors eſ ſet. Nec ſane pro ſua ſapientia & animi fortitudine uidebat, quid in diuturniore uita boni tandem eſſe poſſet. cum ad alia incommoda maximũ hoc unũ

accedat

accedat perpetuus quidam calamitatis futuræ ti-
mor. Ipſa igitur ſenectus illi pactio quædã, tanq̃ fa
bulæ, uidebat͛ ætatis. quæ modũ & ſatietatẽ ſuã ha
bere debeat. Quin ut ip̃a fabula cũ iã calcẽ ſpectat,
maiore nos uoluptate quadã afficit, cũ actũ totũ,
cũ ſẽtẽtias, cũ reliquã ſpectaculi faciẽ recordamur,
ſic certe hæc uita cũ ad ſenectutẽ puenerit, natura-
q; iubẽte relĩquẽda fuerit, delectare nos plus debet.
cũ p̃ſertim nullis illa ſordibus obnoxia, nullis ĩpro-
be dictis uel factis cõtaminata ſit. Quid q̃ ſecum
ẽt id cogitabat, ſi hinc abiret, fore ut omni cura &
ſolicitudine liber, et quibus malis cotidie angimur
aliis, eo p̃ficiſceret͛, ubi ppetua quædã felicitas ad
eſſet. Sed nec ille parum diu uixiſſe putandus eſt, q
uirtutis pfectæ pfecto functus ẽ munere. Neq; ue
ro ille unq̃ ita mortẽ formidauit ut malum, quippe
quã finẽ uitæ omniũ, nõ pænã exiſtimaret. quæ nos
a tãtis malis abduceret, quæ ab Immortali Deo uel
Natura omniũ parente cõſtituta eſſet. qđ ſi ſecũdũ
Naturã ea ẽ, quid illa quæſo mali, an nõ potius bo-
ni afferat͛ cũ, quæ a Natura ſint, reponẽda in bonis
omnes exiſtiment. Iã quid magis ſecundũ Naturã,
quã ſenibus emori, æquæ ac igni qui nõ ſuppeten-
te materia deficiat, aut pomis: q̃ niſi tu p̃us auellas,
maturitate tñ ſua cõcidant͛ Quid illa deniq; mor-

quantū lætitiæ his affert? ut non minus illi lætétur interdū, q̄ qui grauiſſimis iactati tépeſtatibus terrā portūq; ubi cōquieſcāt, intuent? neq; uero nō ſapié tiſſimus quiſq; ſenū æqſſimo animo, ſtultiſſimus iniquiſſimo morté obeat. Quinīmo cū ille nullos ſibi uitæ terminos a Natura datos norit. hoc magis ei debeat, quo diutius q̄ alii, uixerit. atq; ideo eū fi-né optimū cū animo ſuo cogitat. quoad mens ipſa uigeat, & munus exequat ſuū. ſenſuſq; oēs ita tibi conſtét, ut nullius alterius miniſterio, æque ac ſi re-pueraſceres, egeas. Age uero quāto illū deſiderio fla graſſe creditis, ut ueteres illos Vrſinæ familiæ Prin cipes, īuiſeret? paréte optimū & clariſſimā fæmīarū matré amplecteret? quod ſi non abſurdū uidet, id quod poetæ, fabulati ſunt heroū animas apud ī feros gratulabundas his occurrere, quos claros ī ter ris uixiſſe audierīt, eadéq; ad Virtuté uia, qua & illi profecti ſint, inceſſiſſe, quantū quæſo apud ſupe-ros gaudii Paulis Raynaldis Virginiis fuerit, cum eum uirum intuebuntur, amplectentur, qué & opti mum & clariſſimum totius familiæ uirum a ſe ge-nitum inſpexerint? Nec certe ſpes illa quam de uo-bis, ut dixi, conceperat, minus animorū illi ad mor tem appetendam dabat. Quo pacto enim timere poterat mortem, cum recte a ſe factorum memo-riam in animis ueſtris ſempiternam fore ſperaret?

quū

quũ, ut alia taceã, recẽs hæc urbis Patauinæ propu
gnatio, tam charum illum uobis, tam gratum effi-
cere potuerit, q̃ charus & acceptus ille eſſe poteſt, q
fortunas omnes, qui liberos alicui, qui libertatem,
qui uitã donarit amiſſa. q deniq; ut hæc Vrbs hoc
tempore ſtet, & in æternum florere poſſit, cura, con
ſilio, uigilantiaq; ſua præſtiterit. Quod ut alii obli-
uiſcantur uirtutis tam egregiæ, tercẽtum ne illi Pa-
tritii, quorum ille dignitatem & ſalutem unus & or
nauit, & auxit, magna pars ciuitatis noſtræ, q̃ ad
eam urbem defendendam cõuenerat, horum om-
nium nepotes, qui beneficio huius uiri lucis uſu-
ram ſeruatis parentibus aſſequentur, obliuiſci po-
terũt? Sed ut omnes obliuiſcantur hi, quod pro eo
rum bonitate fieri minime poſſit, Diui illi Pataui-
næ urbis p̃ſides Antõii & Iuſtinæ, & noſtræ Theo
dorus & Marcus, a quorum templis tantam cla-
dem, tantam uaſtitatem repulit, paratos deniq; &
circundatos iam ignes reſtinxit, memoriam huius
ullo ſeculorum numero obſcurari patientur? An
cum uota Sacerdos ad aras, cum Veſtales ad ſa-
cratiſſimos illos focos fundent, cum Virgines nu
bent, cum filios parient, cum deniq; & qui ui-
uunt hoc tempore ciues, & eorum nepotes nata-
le ſolum incolume aſpicient, non recordari po-

immemores erunt, ipſa urbs ab incendio ſeruata, tecta téplaq́; ipſeq; Medoacus Italico & Veneto nomini adhuc labés nõne oĩbus ſeculis & ætatibus teſtimonium dicent? Quocunq; ſane te uerteris, extare neceſſe eſt ueſtigia nõ leuiter impreſſa Petilianii memoriæ. quam nulli ignes, nulla ætas, nullæ grauesq; diuturnæq; orbis clades abolere aut obſcurare poſſint. Donec terra hæc fluctibus alluetur, mare piſcibus natabitur, aer hic uolueres paſcet, & cœlum tanto ornatu, tot ſtellis fulgebit, Petiliani nomen efflореſcet. Quare te Princeps Sereniſſime, Vos patres ãpliſſimi, grauiſſimiq; oro opteſtorq; memoriam tanti Ducis colatis. ne ue ſpes illum fallat ſua ſinatis. Vos enim (quod & ſi graue dictu dicam tamen) imperatorem ueſtrum uita priuaſtis. non ꝙ uos quidem crudeles, (quid enim mitius, quid ordine hoc ueſtro benignius?) ſed quod ſperabatis nihil eſſe tam arduum poſſe, quod ille pro ingenio ſuo non prouideret, pro auctoritate non conficeret, pro diſciplina militari non calleret, pro ſapientia feliciſſime non expediret & dum excuſationibus eius uehementius obſiſtitis, mori coegiſtis. cum ille igitur pluris cõſenſum grauiſſimum ueſtrum, q̃ uitam fecerit, memoriã huius uiri ſempiternam eſſe uelitis. Viuat ille per uos, cuius opera tot Patritii ueſtri, tot Ciues uiuũt. & hæc ci-

uitas

uitas floret.& ut æternũ floreat, factũ hac una tãtũ
rõne uitã illi reddere poteſtis, ſi ꝑpetua eiꝰ Memoria
exrabit.extabit aũt illa poſt tãtã funeris põpã, cũ tu
Prĩceps, cũ Senatus, cũ tota ciuitas, cũ ipſa plane te
cta cõuenerĩt ad iuſta celebrãda.ut uel ex hoc tã al
to dignitatis gradu, ad ſupos potiꝰ q̃ ad ĩferos pue
niſſe uideat̃, extabit ĩ q̃ ſi poſt Sabellos, & Mellitas
ac Colleones Imperatores fortiſſimos & fidiſſimos
R reip.ueſtræ, ſtatuã illi quoq; ĩauratã equeſtrẽ po-
nẽdam.D.P.curabitis. Augeat̃ hoc honore is Vir,
cui nullus honor tribui nõ debitus põt.grati ſimus
ĩ eius morte decoranda, cui nullã aliã gratiã referre
iã poſſumus.his honoribꝰ manebit teſtificatio ſem
piterna ueſtra. Veteres illi Græci leuibus ẽt de cau-
ſis ſtatuas & uiuis, & defunctis, ſæpe poſuere. Ro-
mani parcius.ſed tñ ut & legatis ab hoſtibus occiſis
in Comitio, in Foro poſitas legamus. Vos oĩno par
ciſſime.non quia minus grati, ſed quod uirorũ cla-
rorũ monumenta tanto magis ornari creditis, quã-
to rarius hi honores decernantur. Vt tribus tantũ
hoc decus a uobis tributum uideam. qui ut pro fi-
de, pro rerum geſtarum claritudine meriti ampliſ
ſima quæq; ſint, ſic certe cum ueſtro hoc Impe-
ratore comparari minime debent. Detur hoc igitur
ducis uirtuti. Detur gloriæ. Detur Vrſinæ familiæ
huius urbis amãtiſſimæ. Detur Romanæ ciuitati

Detur filio hoc poſcēti, exercitui fortiſſimo flagitāti, ductoribus oībus expectantibus. Det' deniq; poſteritati. plurimū.n.ad ei' memoriā ptinere arbitror, qđ fuerit ueſtrū de hoc bello iudiciū, quo uos, quo hæc Vrbs, quo deniq; oīs Italia, ſeruata Patauio ab externis hoſtibus unius Petiliani opa & defenſa plane ī pn̄s ē, & ut ī futurū tuta pmaneat, puiſū. Dixi.

Acta Venetiis Pridie Cal. Feb. M.D.IX.

Eiuſdē monumenti in Gemellorū æde inſcriptio.

NICOLAO VRSINO, NOLAE, PETILIANIQVE PRINCIPI LONGE CLARISSIMO, SENENSIVM FLORENTINI POP. II. SIXTI. INNOCENTII, ALEXANDRI, PON. MAX. FERDINANDI, ALPHONSIQVE IVNIORIS. REGVM, NEAPOLITANORVM IMPERA. FELICISSIMO. VENETA EDEM VM. R.P. PER. XV. ANNOS MAGNIS. CLARISSIMISQVE REBVS GESTIS. NOVISSIME A GRAVISSIMA OMNIVM OBSIDIONE. PATAVIO CONSERVATA. VIRTVTIS, ET FIDEI SINGVLARIS. S. V.M.H.P.P. OBIIT. AETATIS. ANNO. LXVIII. M.D.IX.

EGNATIVS.